

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iuuentus c
cum uariis

Multos uidemus iuniorum super senes intelligere, moribus dies antiquare, tempora
preuenire meritis, et quod deest etati uirtutibus compensare quia iuxta apostolum, nemo
contempnat adolescenciam bone indolis. Senectus uenerabilis non est numero annorum,
sed magis merito morum computata.

Bernardus in epistola ad Theobaldum comitem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

intelligere] intendere P V¹ V² L¹ L²; antiquare] antiquorum P V¹ V² L¹ L²; nemo] neque P
V¹, ne quis V² L¹ L²; comitem] militem P V¹ V² L¹ L²